



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 6. De defectibus contritionis, qui reddunt Pænitentiæ sacramentum  
inualidum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

Secundum est, si necessarium sit habere propositum vintandi quodcumque peccatum mortale, multo magis esse vintandi occasionem peccati mortalis, quæ adhuc & ipsa mortale peccatum fuerit.

Tertium, ut aliquid, quod non est de se peccatum censatur proxima occasio peccati, respectu alius Pœnitentis, requiri ut ipsum tale sit quod frequenter inducat homines illius conditionis ad peccarum: vel certe ut constet experimento, habere talis effectum in tali homine. Ratio est: quia nequit signari aliquid, in quo consilat si modi, ut sic dicam proximitatem. De qua aduerte, posse perinde iudicari, ac de proximo periculo lapsus funambuli iudicatur ex eo, quod ipse sit de genere hominum debilium pedibus, aut aliter inceptorum ad illud exercitium: vel ex eo, quod tale quid attentans, labi cum gravi lesione corporis ordinari soleat.

Quartum est, adhuc requiri, ut talis occasio sit voluntaria, seu liberae assumptionis: non autem oblati iniuncto, & quantum potest repugnanti. Nam si voluntaria non sit, sed potius quedam moralis impotentia resistendi, nec etiam voluntarium est illud quod ex ea sequitur: & per consequens nec peccatum: cum nullum peccatum sit nisi voluntarium, quod in initio. Qualiter autem procedet, debet Confessarius cum eo qui deficit in tali proposito, iam traditum est in precedenti lib. 2. cap. 8.

Quod vero Caietanus in summa verbo periculum significat captare talem occasionem; esse ex suo genere veniale peccatum cuiusdam in cautela; admitti potest cum occasio fuerit remota, quia tunc procedit illius ratio: nimur quod occasione praesente, adhuc in libertatis arbitrio restet, mortaliter peccare. Quando vero occasio peccati mortalis fuerit antedicto modo proxima: tenendum est cum Nauarr. & alijs quorum meminit Henriquez in summa Theolog. tract. lib. 4. cap. 24. §. 4. lit. B. Peccantes quamvis cum aliquo dolore confiteantur omnia sua peccata, non esse abholendos, si in aliqua proxima occasione mortaliter peccandi perseuerent, tanquam iij qui maneant in statu peccati mortalis, per huius virtutem affectionem; tanquam amorem periculis, in quo peribunt.

*De adiungendo proposito confitendi, & satisfaciendi proposito emanationis in ipsa Sacramenti Pœnitentia.*

#### S E C T I O N . IV.

55. **S**upereft monendum: quod eti contrito secundum se spectata, contenta sit proposito de quo dictum est hactenus: nihilominus in ordine ad Sacramentum Pœnitentia requirere specialiter, ut sit cum proposito debite confitendi & satisfaciendi; hoc enim pater per illud quod in Concil. Trident. sess. 6. cap. 14. statuitur: Christiani hominis pœnitentiam post lapsum, requirere non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem: verum etiam eorumdem Sacramentalem confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam, ac Sacerdotalem absolutionem, ite mque satisfactionem perieciunia, eleemosynas, orationes, & alla pia spiritualis vita exercitia.] Adde illud, quod in sequenti sess. 14. cap. 4. statuitur: et si aliquando contritionem charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliari priuquam Sacramentum pœnitentie actu suscipiatur: ipsum nihilominus reconciliationem, ipsi contritioni fine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendum.]

66. **V**nde sequitur, quia contrito votum Sacramenti includit hoc nomine, quod in lege Euangelica requiratur, ut pœnitentia detestetur peccata sua cum proposito suscepti pœnitentia Sacramentum, quod pro fidibus, quoties post Baptismum in peccatum labuntur, Deo reconciliandis institutum est à Christo, ex eadem sess. 14. cap. 1. & Can. 1. Sequitur, inquam, contritionem debere esse cum proposito confitendi Sacerdoti sufficien tem iurisdictionem habenti (quod vocari propositum subiecti peccata sua Ecclesiæ clavis) & pro illis satisfaciendi; quandoquidem actus ipsi confessionis & satisfactionis, contritionem in animo latenter, tanquam effectus suam causam (sunt enim actus per eam imperati à voluntate informata habita virtutis pœnitentia) reddunt sensibilem, atque adeo Sacramentalem, seu qualiter oportet esse Sacra-

menti materiam: quæ non nisi sensibilis esse potest ex communi doctrina de Sacramentis. Quocirca cum ipsa contritione, idem actus, ad integratem Sacramenti pœnitentie, debent concurrere ex Dei institutione, vt in cit. sess. 14. cap. 3, definitur, unde pater perfectam contritionem in lege Euangelica requirere, ut ipsa sit cum proposito confitendi & satisfaciendi debito tempore.

Quod quidem confirmatur adhuc ex discriminine, quod cernitur inter pœnitentiam ad baptismum necessariam, & eam quæ ad Sacramentum pœnitentie requiritur. De quo Nauarr. in Enchir. cap. 1. num. 38. Nam vt deducitur ex Concil. Trident. in preced. ca. 2. Deus se nobis offert ut pater in Baptismo; & ideo ad hunc sufficit disponentis vite pœnitentie cum proposito noue: in Sacramento vero pœnitentie ob ingratitudinem nostram, amissamque innocentiam & gratiam in Baptismo concessam, offert te tanquam Iudex, exigens non tantum detestationem vite pœnitentie & propositum noue: sed etiam propositum se subiecti clavibus Ecclesiæ, seu confitendi ac castigandi, puniendoque peccata commissa: quod Concilium ibidem admonet à Patri, indicatum est, cum pœnitentiam dixerunt esse laboriosum quendam baptisnum.

Quod autem Major & Caietanus referente Nauarr. ced. num. 15. & cum eis uterque Sotus Dominicus in 4. diff. 17. qu. 2. art. 1. in fine: Petrus vero in lectione 17. De pœnit. subsum, dicit sufficere ad perfectam contritionem ut ei modi propositum sit virtuale, quale censetur includi in proposito abstinenti in futurum ab omni peccato mortali. Nauarr. ipse non admittit simpliciter sed vult tantum habere locum, quando defectus temporis vel aliqua inculpabilis inconsideratio pœnitentis, sive causa quominus haberet actuale propositum. Cuius sententia ut tunc probanda est, & pœnitentibus consulenda: non tamē ut simpliciter necessaria: quia ut ipse met ad cap. Ecclesie De pœnit. Diffinit. prima num. 1. notat quamvis Concil. Trident. sess. 14. cap. 4. ad iustificationem requiri tam contritione votum Sacramenti, tamē quia non requirit expresse votum actuale, sed generaliter votum, intelligi potest in genere, actuale aut virtuale sufficere.

#### C A P V T VI.

*De defectibus contritionis qui redditum pœnitentie Sacramentum invalidum.*

#### S U M M A R I U M.

68. **D**atur aliqua contrito sufficiens ad validitatem Sacramenti pœnitentie, etiam si defectum aliquem perfecta contritionis patiatur.

69. **C**onditiones perfectæ contritionis quarum defectu cognoscitur, quando illa invalidum reddit pœnitentia Sacramentum.

70. **D**efectus voluntati in contritione, reddit Sacramentum pœnitentie invalidum.

71. **Q**ue contrito imperfecta sufficere possit ad validitatem Sacramenti pœnitentie ex Concil. Trident.

72. **N**on sufficere ad eam, quod panitens de peccato dolet at proper infamiam & alia mala, que per illud sibi intulit; non autem quia Deum offendit.

73. **T**alem tamen dolorem vitilem esse.

74. **A**ttiratio cum Sacramento sufficiens ad gratiam insificantem, debet fundari in fide Christi.

75. **N**on debet de necessitate esse cum detestatione peccati, tanquam detestandi super omne detestabile.

76. **D**ebet esse cum proposito, saltem virtuali, confitendi & satisfaciendi.

77. **I**tem cum proposito firmo emendationis.

78. **R**ationes quibus id probatur.

79. **D**ebet esse cum proposito, saltem virtuali, confitendi & satisfaciendi.

80. **N**on modo perfectam contritionem, quem ex omnibus conditionibus ad eam necessarijs describit Nauarr. in Enchir. initio primi cap. sed etiam aliquam imperfectam, seu quæ defectum aliquem talium conditionum patiatur, sufficere posse ad Sacramentum pœnitentie habetur ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 4. Vbi præter contritionem charitate perfectam, qua homo potest reconciliari Deo sine pœnitentia Sacramento re ipsa suscepito: non tamen sine illius votovaliam ponit imperfetam, quæ quāuis sine Sacramento pœnitentie

per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat; tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento pénitentiae impenetranda disponit: que sunt ipsius Concilij verba. Iam ut intelligatur quænam sit talis imperfecta contrito: scire oportet ex quarum conditionum perfectæ & contritionis defectu, censetur Sacramentum pénitentiae materia deficere, sufficienter ad redendum ipsum inuidum. Cuius rei gratia notandum est, primò omni contritioni, siue perfectæ siue imperfectæ ad idem Sacramentum sufficienti, conuenire, vt sit dolor & detestatio de peccato commissio, cum proposito non pecandi de cetero. Hæc enim est definitio, quam intitul. cit. c. 4. Concilij Trid. tradit illius contritionis, quam facit prima Sacramenta pénitentiae materiale partem, atque adeonecessariam ad illius validitatem sicut alia substantialia.

Norandum est secundò, omni contritioni imperfectæ; tam sufficienti ad eiusdem Sacramenti validitatem, quam nō sufficiunt, conuenire, quod nec perfecta sit charitate, nec per se possit peccatorē perducere ad iustificationem: in hoc enim generaliter distinguitur contritione perfecta, ut patet ex ante memoratis verbis Concilij Trid.

*Quinam sint illi dectiū contritionis, per quos Pénitentia Sacramentum redditur inuidum.*

### SECTIO I.

**N**O-andum est tertid. de varietate contritionum imperfectarum indicari ex varietate conditionum perfectæ contritionis; per quartum defectum hunc temporefecte. Quismodi conditions, ut videre est apud Nauar. & ex antedictis statu patens primò, ut sit detestatio voluntaria peccati, secundò, ut sit de peccato ipso quatenus est offensa Dei, tertid, ut sit summa, id est, qua peccator detestetur peccatum suum super omne detestabile, quartid, ut sit cum ipse, falso virtuali, veniente Deo obtinendæ, quinid, ut peccandi voluntatem excludat, sitque cum proposito falso virtuali, vitandi de cetero peccata: imprimis autem mortalia, feruandis præcepta omnia, & peculariter de confessione Sacramentali suo tempore facienda, & de satisfactione. Ex harum igitur singulis, distinguuntur: constituta per eorum defectum, conditiones imperfectæ. Quæ metaphorice ex eis attritiones dicuntur, quod per illas cor hominis induitum peccato, non perinde mollescat depulso ipso peccato, ac per veram contritionem: sicut nec laps per attritionem, perinde ac per contritionem, sic in minimis partes reditur, ut tangenti cedat, sed tantum in partes maiores dividitur. De vnaquaque autem videndum est illud quod propositum nus considerandum: num scilicet ex suo defectu ita sit imperfecta, ut inuidum reddit pénitentia Sacramentum, tanquam non sufficienti ad peccatorum remissionem; non obstante quod re ipsa sit confessio, & absolutione deretur.

A que de contritione imperfecta ex defectu primæ conditionis, cum ad instar illius quæ reperitur in damnis ea coactis, & extorta: certum est, ne quidem cum Sacramento sufficere ad peccatorum remissionem: & per consequens neque ad ipsius Sacramenti validitatem. Ad confirmationem sufficit authoritas Concilij Trident. sess. 14. c. 4. vbi dicitur, quod Ecclesia nunquam docuerit vel senserit Sacramentum Pénitentiae, absque bono motu percipientium, gratiam conferri: & hereticos qui tale quid scriptores Catholicos tradidisse calumniantur; falsò etiam docere contritionem (intellige quamcumque preparantem ad gratiam iustificantem iuxta Can. cuiuslibet. c. 1. extortam esse & coactam, non liberam & voluntariam.)

*De ex contritione imperfecta, cum qua ex Concilio Tridentino. Sacramentum Pénitentiae potest esse inuidum.*

### SECTIO II.

**D**ea qua imperfecta est ex defectu secunda conditionis: nimirum quod non concipiatur expressè de peccato sub ea ratione, quæ est Dei offensa, haberetur ex Concil. Trident. in citato cap. 4. eam si concipiatur ex consideratione turpitudinis peccatorum, aut gehennæ, aut pœnaru[m] metu (quod explicimus in precedent. num. 40.) preparare ad gratiam iustificantem obtinendam, dummodo voluntatem

peccandi excludat. & sit cum spe venia, id est, ut Nauarr. interpretatur in Enchir. cap. 1. num. 11. dummodo non ea mente respectu malorum quæ proueniunt ex peccato sic pénitentia quæ, vt si illa non interuenirent ipse non pénitenter, immo peccare pergeret; quod quidem est, ne implicite quidem aut virtute, propter Deum offendit, de peccato suo pœni[ti]cere; & per consequens, non eo modo pénitente, quo requiritur ad obtinendam peccatorum remissionem, convertendo se a Dominum iuxta illud Esai 45. Conuertimini ad me, & salvi eritis. ] & cap. 5. Detelinquat impius viam suam, & vir iniquas cogitationes suas & reaertatur ad Domini-

225

Vnde intelligitur rei scindam esse sententiam eius in eodem num. 11. meminit Nauarus, dicentium ad condonationem peccati per Sacramentum Pénitentiae, sufficere attritionem in qua Pénitentis dolet de peccato, non propter Deum: seu, non quia Deum offendit: sed propter infaniam aut alla mala quæ sibi inutili peccando. Nempe quia dilapidavit sua in substanciali ex nobili aliquo statu excidit: effectus est infamis: vires & pulchritudinem corporis perdidit; multatus est grandi pecunia: aut dannatus est ad ritus meas aut afficiendus est extremo supplicio. Accedit etiam quod talis attritio, ac dolor de peccatis magis fundetur in amore sui, quam Dei, & ex mortuo pure humano oratorem; cum attritio sufficiens cum Sacramento ad iustificationem, aliquid amplius requirat, tanquam Dei donum & impulsus Spiritus sancti ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 4. sitque ordinis supernaturalis eo modo quo expolitum estantea in cap. 3. sub finem.

Quoniam negandum non est quod attigit Nauarr. ibidem & sequent. num. 41. talem attritionem tanquam pénitentiam terrore plenam, si voluntatem peccandi excludat, & sit cum spe venia (sive quibus conditionibus infusione factam esse patet ex Felice praefide qui disputante D. Paulo Act. 24. de iudicio futuro, valde perterritus est, sed inde non euasus melior) bonam esse & utiliter peccatorum est concuti: quia iuvat ad retundendam cordis humani superbiam & refranendam peccandi affectum, excitandamque mente ad Dei & iustitiae diuinæ memoriam: vnde anima disponitur ad excipendum ac secundum Spiritus sancti impulsum, de quo mentio est in Concil. Trident. loco citato: atque adeo ad agendum talem pénitentiam, quæ saltem cum Sacramento sufficiat recuperationi diuinæ gratia; etiam si se ad eam non sufficiat: ita ut comparetur seta in cap. Si cut seta, de pénit. distin. & secunda: quia, ut redit Sotus ait in 4. distin. 14. quæst. 2. art. quinto col. 4. sicut seta quamvis non sit accommodata ad connectenda frusta corni: est tamen ad inducendum filum quo connectuntur; sic timor servilis quamvis per se non sufficiat ad conglutinandam inter nos & Deum amicitiam, seruit tamen multum charitati in animam introducendæ, quæ talis conglutinatio perficitur. Ad quod facit illud Ecclesiastici cap. 1. Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est non poterit iustificari.

Dubitaret forè aliquis, An prædictam attritionem quæ diximus cum Sacramento sufficiere ad gratiam iustificationis obtinendam, necessarium sit fundati in fide Christi. Nam pro parte negante facit, quod dolor, quem quis de peccatis concipit, quia sunt contra rectam rationem, videatur posse sufficere ad reconciliationem ipsius cum Deo sicut confessus in aliquo, quod est contra rationem rectam, sicut perdidit per diuinam gratiam. Sed tenendum est contrarium: quia nulla attritio quæ non fundatur in Christi fide explicita vel implicita potest sufficere disponere ad gratiam iustificantem ut patet ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 6. Et confirmatur per illud ad Hebr. 11. Accedentes ad Deum credere oportet quia est, & inquietentibus se remunerator est. Itaque illud ibidem, Impossible est sine fiducia placere Deo. ] Ratio autem opposita nihil efficit: quia multo plus requiriatur ad resurgentem ex peccato, quam ad returnendum in peccatum. Nam ad hoc sola vis libertatis arbitrii sufficere potest, non autem ad illud: quia talis ruina provenit ex defectu in agendo, cuius homo est ex se sati capax: surrectio vero ei opposita, pender ex conatu; ad quem homo non est ex se sufficiens: sed requirit excitantem & adiuuan-

72.

73.

74.

tem

tem Dei gratiam, cui liberâ suâ voluntate assentiantur & cooperetur: ut in iurata scilicet 6. cap. 5. expressum est traditur. Quia in re immorari non est huius instituti. Tantum monendum est fidem Christi, qui istiusmodi attritionem fundari debet diximus, tunc etenim explicitam, cum iuxta idem Concilium Tridentinum in capitulo 6. credimus a Deo iustificari impium per gloriam eius, per redemptiōnēm quae est in Christo Iesu. Quem scilicet proponit, ut habetur ad Romanos tertio, propitiatore in per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae sua proprieiā remissionem precedentium delictorum, &c.] Implicitam vero d' tunc ceteri, cum est alius obiectum cognitionis, ex qua per conscientiam deducit potest antedicta causa expicit: istiusmodi cognitionis est, si quis credat non posse peccatum sibi aliter remitti quam per beneplacitum Dei, & ea ratione quamvis constituerit: ex tali enim cognitione re-est deduci potest, a Deo iustificari impium, per gratiam, per redemptionem, quae est in Christo Iesu. Hec n. aperit ex illo colligitur; facta confirmatione haec assumptione. Sed Dei voluntas est ut hominibus remittantur peccata per Christi meritam; prout scilicet in sequenti capitulo 7. declaratur a Concilio Tridentino.

*De aliis contritionibus imperfectis, quibus sunt sentientiam.*

### SECTIO III.

**D**e attritione seu contritione imperfecta ex defectu tertiae conditionis: qualis est eorum quos penitentem peccasse, ob id principali est quod peccatum est offensa Dei: & qui statuunt amplius non peccare sed non concipiunt peccatum, super omnia detestabilius destandum, neque reputant ipsum vitandum esse super omnem vivibilem: Nauar. in Encycl. c. n. 37. aduersus Caietanum (quem etiam) reprehendit Sotus in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. col. 9.) probat eam ad peccatorum remissionem sufficere (quod intellige de iuriis saltē rigore) cum absolutione Sacramentali, sufficiens ab eo qui Sacerdoti confessio credit sine crassa ignorantia, se dolorem sufficientem habere, neque effectui Sacramentali, id est gratia, obicem ponere. Fundatum enim illius est, quod sacra litera (ut pluribus locis allatis ostendit) a peccatoribus expressa exigit tantum ut agant penitentiam, non autem ut peccatum suum concipiant tanquam quid maximē omnium vivibile & detestabile: neque interpretatione ad tale quid, sive Concilia sive Patres, sive communis fidelium usus, eadem loca extenderentur. Quare nec nos debemus extendere; maxime cum id coniunctum habeat periculum perturbationis conscientiarum ob difficultatem quam contingere experiri in vincendo naturalem inclinationem, qua solitus maioris doloris ensu tangi de plerisque incommodis temporalibus, quam de nostris peccatis. Quamquam non idcirco negandum est, quin opus sit, ut peccator animi proposito, malit quodcumque aliud malum, euam mortem, quam peccatum.

**D**e attritione qua constituitur ex defectu quartae conditionis constituitur, id est, ex eo, quod non sit cum spe, saltem virtuali, veniente obtinenda a Deo, dubium non est quin cum Sacramento ad iustificationem peccatorum remissionem non sufficiat: quia est penitentia contaminata peccato diffidentiae, similis ei quam Iudas habuit, disponens non ad salvacionem sed ad perditionem, & scelerat. De patet distinzione. Deinde quia a ex Concilium Tridentinum in capitulo 6. preparatio necessaria ad iustificationem peccatoris, constituitur: sicut fides, ita & spes quia peccator erigatur fidens Deum sibi propter Christum proprium fore.

L' est attritione vero quae ex defectu quinta conditionis constituitur, & est (prout post Caiet. eam describit Nauar. in 4. dist. 36.) eorum quos penitentia mortaliter peccasse, vellentes non peccare, sed non omnino statuant a peccatis abstinere: dicendum est, neque simul cum Sacramenti absolutione ad gratiam obtinendam sufficere iuxta capitulo 7. non datum est, nisi correcto. Unde ut notatum est a Caiet. in verbo Confessionis iteratio, peccatum sacrilegium committit, tum penitentis qui cum ea petit vel accipit abolitionem. tum Confessarius qui illam impetrat. Quam sententiam sequens Sotus loco citrationem addit nominis, quo praedictum propositum

non peccandi, velleitas appellatur: neque quod ipsum tamquam solummodo conditionatum & infirmum, ac quasi claudicans, propriè exprimat per verbum vellem. Notandum vero est diligenter in hac re pro praxi, quod idem Sotus monet in praecepto 17. quæst. 2. art. 5. sub initium, contritionem & attritionem ad hoc Sacramentum sufficientem conuenire debere, non solum in hoc, quod utraque sit de testatione peccati super omne detestabile, sed etiam quod sit cum absoluto proposito numquam peccandi in futurum pro revulso mundi: quoniam alias actas ille de testationis, ne quidem cum Sacramento sufficiat, etet ad gratiam diuinam & peccatorum remissionem obtinetur. endam.

Pro quo facit memoratum capitulo. Quod quidam de penitentiis & remissione. vbi statuitur non esse veram penitentiam eorum, quamvis confiteri velint de criminibus a se perpetratis, asservant amorem se abstinere non posse. Facit item quod conuersio per eum a Deum, ut ab illo veniam peccatorum misericorditer consequamur, debeat esse ex toto corde iherosolimitanus 2: qualis non est, si quis non sit firmus, sed aliquo modo claudicet in proposito non peccandi de cetero. Accedit quod neque apud homines iherosolimitanus 2: qualis non est, qui de iniuria illata veniam petit absque firmo proposito emendationis. Nec enim vir uxorem adulteriam pro veritate penitente habet, quando videt eam adhuc affici ad adulterium suum, secundum firmiter proponere ab illis consuetudine abstinere. Quare nec apud Deum vera esse judicabit penitentia peccatoris, qui nondum apud se firmiter propositum illud deserte: ex per quod, ut Scriptura loquitur, fornicatur a Deo suo; ] neque ea talis esse, per quam ille censeri possit Deum ex toto corde querere ad ipsum inveniendum: seu ad ipsum offendens sibi reconciliandum: quandoquidem ipfmet Deus ait apud iherosolimitanus 2: 9. Quare me & inuenietis, cum quiesceritis me in toto corde vestro.]

De attritione denique, quam defecit ultima conditionis constituitur potest, patet idem sentiendum esse, ac de proximi. est præcedent, cum constet in lege Evangelica de confessione & satisfactione proposita esse præcepta obligatoria peccatores sub mortalitate ut non habere propositum contumelie & latitudo in suo tempore, sit non habere propositum vitandi omne mortale peccatum, adeoque care re conditio. ne ad habendum Sacramentalem absolutionem ne. est. iuxta antedicta.

## LIBER SECUNDUS AC OPERIS TOTIVS SEXTVS, DE SACRAMENTA LI CONFESSI.

### PRAEFA.

**N**on agitur hic de confessione fidei, quae fit coram tyranno: de qua Mat. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo: & ad Rom. 10. Corde creditur adiustiam, ore autem confessio fit ad salutem.] Neque de confessione laudis seu recognitionis diuinarum perfectionum, & gratiarum actiones, frequenter significata in Psalmis Davidis, per verba Confitemini, Confitebor, & Confiteantur; atque Matth. 11. cum Christus ait, Confitebitur tibi Pater Domini in caeli & terra, ] sed agitur de confessione fraudis, hoc est, de recognitione propriorum peccatorum, non tamen omni: quia non ea quia sit iudicium in foro externo: ut illa quam Iosue exigit ab Achab dicens: Confidere, atque in dicatur mihi quid feceris, ne abscondas] Iosue 7. Nec item de interiori quae sit soli Deo; dum nos aut generaliter agnoscimus peccatores, aut nostras conscientias discubentes, diuersorum peccatorum coram eo reos nos esse animaduertimus. Nec denique de exteriori, quae ut Deo, sic & homini locum Dei tenentis sit quidem, sed generaliter, ut fieri solet in introitu Missæ, vel immedietate ante sa-